

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116

Gallia seu Francia - Ettenheim-Münster 112

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput II.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)

4
20
annes Calvinus, qui postmodum Calvinus dicitur voluit.
Ecclesie ministerio manipatus, primum Capellam ha-
bit in Ecclesia Cathedrali, postea Pontis Episcopi
|: Pont L'Evêque:| Carthusus factus, tunc sectam in-
venit in Ecclesiam, quae ab ipsius nomine Calviniana
dicta est, et cui plures tunc in Gallia tunc alibi
adhaerunt, necnon atrocium dissidiorum et bello-
rum semina jecit. Ipse Calvinus tandem Geneva
|: Geneve:| decessit à vita 22. Maji an. 1564.

Capitulum II.

De Provincia Aurelianensi.

Provincia Aurelianensis |: L'Orleanois:| sita est cir-
cum Ligerim, quae idam perficitur ac in duas fere aequales
dividit partes, Septentrionalem Scythiam et
Meridionalem. Ejus limites sunt ab Oriente pro-
vincia seu ager Lugdunensis, Ducatus Burgundia, et
Campania; à Septentrione Insula Francia, et
Normannia; ab Occidente Britannia; et à Meri-
die Guienna. Fertillissima est, unde et
Francia Granarium vulgò nuncupatur.

Illius tredarium numerantur minores provinciae
seu Tractus, quos singulis §§. exhibemus.

§. I.

De Provincia seu Agro Aurelianensi.

proprie et specialiter sic dicto.

Hujus Provincia seu Agri, quem Galli L'Orleanois pro-
pe nuncupant, exiguus est Tractus. circa Ligerim ad
Orientalem totius Provincia partem situm habet. in
eo occurrunt

Aurelia seu Aurelianum |: Orleans:| totius Provincia
Metropolis, et maximis jucundissimisque totius Regni
civitatibus facile adnumeranda Urbis triginta duobus
Milliaribus à Lutetia, octodecim supra Blasam |: Blois:|
et triginta quatuor à Turonibus |: Tours:| distans, in
amoenâ planitie ad borealem Ligeris ripam sita, ad
quam ab hujus annis aquilonari ripâ secundum arcum
lapidibus quadrato ponte transitur. Per vetusta
civitas Romanis sub nomine Genabi nota. Illius li-
tus amoenitate et commoditate impulsus Aurelianus
Imperator eam amplificavit, atque suo nomine Aureli-
anum seu Aurelianum dicitur voluit.

Ab Atilâ Hunnorum Rege an. 450. perperam obsessa
fuit, et sub Romanorum potestate remansit, donec
Clodoveus Francorum Rex Sigis, qui tunc ibi pro Ro-

188. 28.

188. 29.

manis imperabat, devicta, Romani ~~construxerunt~~ in
Gallia Imperii reliquias extinxit, tunc enim et ipsa
Francorum facta est. Anno 1429. famosa Aure-
lianensis praesidia impedit, quominus Angli, qui eam
obridebant, illa potiti sunt, idque primum illius belli
facinus fuit, quod pro Carolo VII. Francia Rege edidit.

Vicos habet adaeque ~~construxerunt~~ invenustus, ovalenque
refert figuram. Titulo Ducatus gaudet unicum
Tractu huc, sique Dominatus Ducis Australianensis pri-
mus Regis Languinis Princeps. Habet Sedem Episco-
palem Metropoli Parisiensi subiectam; ut et Uni-
versitatem, in qua tamen non nisi Jus Canonicum
et Civile docentur. Praeter Cathedralium Eule-

Riam, varia alia huc numerantur Ecclesiae Colle-
giata, Monasteria et Conventus, inter quae cele-
bratur Monasterium Benedictinorum Congregatio-
nis S. Mauri.

Varia quoque Australiani memorantur celebrata Con-
cilia: Primum sub Regno Clodovaei an. 511. Secundum
sub Joanne Papa II. an. 533. vel, ut vult Baronius, an.
536. Tertium an. 538. Quartum an. 541. Quin-
tum an. 549. vel, ut alii volunt, 552. Sextum an. 645.
Septimum an. 786. Octavum an. 1022. Nonum anno
1029. Decimum an. 1172. Et denique Undecimum anno
1411.

§. II.

30. 1777.

De Tractu Nivernensi.

Tractus Nivernensis: Le Nivernois: limites habet
versus Septentrionem Tractum Vastiniensem: Le gati-
nois: versus Orientem Burgundiam; versus Meridi-
em Bourbonensem provinciam; et versus Occidentem
regionem Bituricensem. Fertilis est in vino, fou-
mento, variisque fructibus; ferri fodinis etiam dives;
pluresque fluvii illum perfluunt, quorum tres navi-
gia sustinent, nempe Ligeris: La Loire: Elavens
L' Allier: et Jeanna: L' Yonne: Habet titulum
Ducatus Paris.

In eo solum huc notatur
Nivernum seu Neveerum: Nevers: Urbis venusta,
et pro sua amplitudine satis populosa, ut quae 2000.
ciriter insulas et 1008. focos numerat. Caput est Duce-
tis, a qua ipse nomen habet. Amoenò loco sita am-
phitheatrū figuram exhibet, et ad ripam Ligeris ~~exten-~~
ditur, quae sub viginti arcuum ponte fluit. Plateas
suo vicis habet angustos, solamque inaequale. Adest
etiam Balatium Duceale Opus antiquum.

Olim hae Civitatis Augustonemetum, Neoburum, seu

Noviodunum Æduorum nuncupata fuit. Julius Cæsar de Bell. Gall. lib. 4. Ptolomæus, et vetustissimi Scriptores eam Noviodunum vocant: at jam Antonini, qui circa an. 394. floruisse creditur, ætate nomen mutaverat, ut qui in suo Itinerario eam Nivernum seu Naverum appellat, quod nomen Niveris flumen, quod hinc Ligeri influit, eidem imponisse videtur.

Episcopatus Nivernensis inter vetustissimos totius Franciæ numeratur; enimvero statim post Apostolorum ætatem initium hunc esse dicitur, quamvis hæc opinio non omnibus probetur. Episcopus Nivernensis est Suffraganeus Archiepiscopi Senonensis. Adest hic etiam Abbatia Canonorum Regularium S. Augustini, et Monasterium Monialium Ordinis S. Benedicti.

S. III

31.

De Bertia seu Ducatu Bituricensi.

Bertia seu Ducatus Bituricensis | Berry | confinis est ad Septentrionem Agro Aurelianensi; ad Orientem Nivernensi; ad Meridiem Burbonensi et Marchia Superiori, atque ad Occidentem Tractu Dictaviensi. Nomen, teste Julio Cæsare in suis Commentariis, accepit à Biturigibus celeberrimis Celtarum populis, qui Bituriges Cubi dicti sunt ad distinctionem Biturigum Vibiscorum, qui circa Burdegalam sedes habebant. Tota hæc provincia sive temperata gaudet, frumenti, leguminum, fructuum, canabis, lini, et vini, quod multis in locis Burgundo hæc palmam cedit, feracissima; optima quoque pascua nitæque clima multum conferunt ad verum pinguedinem delicatamque eorum lanam. Serunt hic etiam reperiri Argenti ferrique fodinas, in quibus tamen nulli adhibentur operarii. Ochra quoque fodinam habet, quæ ad metalla fundenda, et colorem inducendum penitilis est. An. 1754. 23. Aug. Delphino natus est Princeps, quem Rex Ludovicus XV. Ducem Bituricensem dixit. Hic solum notatur

Biturix seu Bituriga, aut Biturica, et Bituriga | Bourges | Urbis amplissima et totius provinciæ caput, quam præter propria propugnacula, circumjacentes paludes satis munitam efficiunt. Pita est Avonium | Avon | inter et Avaram seu Avram | Eure | fluvios. Olim, ut Cæsar memorat, Avarium appellabatur, quod nomen ab Avra flumine, quod eam aluit, acceperat: at sub finem

Sæculi V. relicto veteri nomine Biturix seu Bituriges et Biturige dicitur cepit. 590. ante Christi adventum annis Scythæ fuit Celtarum Regni ibi, quod Ambigatus tenebat. Sub Imperatore Augusto Caput erat prima Aquitania, postquam Julius Cæsar viginti quinque ante Christum annis eam occupasset jam, atque ex 40000. incolis 800. duntaxat vivere permisisset. Sæculo V. à Visigothis multas exantlarit et perperâ est calamitates. In bello internò et civili Hugonotes inter et Catholicos, quod Sæculo XVI. Franciam afflicto, ab Hugonotis occupata fuit 27. maji. an. 1562. et eodem anno 1. Septemb. à Duce Guisio pro Rege Carolo IX. recuperata fuit; atque ipsa ab eo tempore foederatis Catholicis semper adherit, donec tandem an. 1594. Henrico IV. se submisit.

Licet amplissima sit, non tamen admodum populosa est, præcipuamque incolarum qui summatione 14800. numerum hæc excedunt, partem implent Clerici, Nobiles et Studiosi. Nullarum rerum hæc excusetur negotiatio nisi earum, quæ civibus ad sustentationem sunt necessaria. His autem tot viros Nobiles, cuius privilegia à Ludovico XI. hujus civitatis Consuli et Scabinis indulta accersunt, et etiam quod Cives à longo jam tempore negotiationi incumbere detrectant: hi, per jocum, Venæces Bituricenses nuncupantur, quoniam Urbs pro iniquibus Venæcem habeat; et alii dicunt, ipsius insignia exhibere Arimam in Cathedra sedentem, unde illud de imperito quovis, qui Doctoris lauream adeptus est, proverbium, quod Civitatis Bituricensis coma seu insignia exhibeat. In veterem et novam distinguitur, hæcque tantum femina occupat spatium ac illa.

Habet Sedem Archiepiscopalem à S. Ursinò fundatam. Illius Præsul præter Metropolitanam, adhuc Patriarcha, et Primatis titulos sibi vindicat in Aquitaniis; tanquam Patriarcha jurisdictionem exercet in Archiepiscopos Narbonensem et Tolosanum; tanquam Primas in Archiepiscopos Burdigalensem et Auscorum in Secunda et tertia Aquitania Metropolitanos; denique tanquam Metropolita quinque numerat Suffraganeos.

Ecclesia Cathedralis S. Stephano Dedicata est, illiusque Capitulum Summe Sedi immediate Subjectum est. Capitulum, quod Sancta Capella dicitur, à Joanne de

Franciâ Dux Bituricensis anno 1400. fundatum fuit.
Ecclesia Collegiata ad S. Ursinum fundata perhibetur
à S. Deiderato Bituricensi Archiepiscopo, qui an. 552.
diem septimum obiit: primum S. Symphoriani, cui dica-
ta erat, nomen habuit, at postquam an. circiter 558.
corpus S. Ursini primi Bituricensis Episcopi in illam
fuit illatum, tum etiam ab ipso multiplicari coepit.
Alia adhuc hic numerantur Collegiata Ecclesia.

Maximo huic Civitati ornamento est Universi-
tas à S. Ludovico, ut ferunt, fundata. Quatuor
facultatibus constat: Theologiam obtinent Jesui-
tae an. 1625. ab Henrico Bobonio fundatam ipsiq̃
traditam.

Hic etiam varia Synodi celebrata memorantur,
ut an. 1031. 1149. 1215. 1227. vel 26. 1276. 1286. p.
an. 1438. sub Carolo VII. hic Cleri Gallicani Conventus
habitus fuit, in quo Basilaense Concilium velut legiti-
mum agnitum et declaratum est, ad cuius Decretorum
normam famosa illa Constitutio Sanctis pragmatica
dicta, in qua Concilium istud probabatur, promissa et
edita fuit, quae usque ad an. 1516. persistit, quo Leo-
nem X. Papam inter et Francisum I. Francia Regem
creta concordatis suppressa fuit et antiquata.

Suprà memoratus Carolus VII. duos adhuc Cleri Gal-
licani Conventus in hac Urbe instituit, in quibus Euge-
nius IV. velut legitimus Papa agnitus fuit. An. 1516.
1584. et 1643. alia adhuc Synodi ab Archiepiscopis
hic celebrata memorantur.

§. IV.

1609. 32.

De Turonia seu Tractu Turonensi.

Turonis seu Tractus Turonensis [Touraine:] à Lige-
ni in duas partes dividitur. Limites ejus sunt ad Septen-
trionem Cenomania; ad Orientem Aurelianensis Ager;
ad Meridiem Tractus Bituricensis; ad eorum Bictoria,
et ad Occidentem Andegavia. Ejus latitudo ab ortu
in Oceanum non nisi 22. miliaria comprehendit, et
longitudo ab Austro ad boream 24. Prater multos
rivos, quibus regio haec irrigatur, septendecim
flumina illam perflunt, inter quae eminent Ligeris,
quae ei tam ad negotiationem quam cum ceteris pro-
vinciis communicationem multa afferunt commoda.

Ipsius clima temperatum est. Planities et cam-
pi qui juxta Ligerim sunt cultu faciles et semper con-
siti in usum provinciae vinum et far proferunt, praeam
quoque, hordeum, milium, legumina, poma, melle,

amygdalas, et specialiter pruna, quibusum Inula nego-
tiationem exercent. Hic etiam inveniuntur ferri et
cupri fodinae. Haec provincia haud ita populosa est ac
ipsi vicinae regiones.

Julius Caesar lib. 4. et 11. Comment. Turones Celtis an-
numerat. Ipsi vero semper habitati sunt velut bellam

* ^{„Sironis} Cajus Sotinus, Appo-
linaris Lugduni Ba-
trae Praefectus
sub Honorio Im-
peratore, natus
Praefectus et Patrici-
us, demum Episco-
pus Caramontanus
dicendi arte ceteris-
que scientiis emicuit.
ejus etiam larga erga
pauperes liberalitas
commendatur. flo-
ruit Saulo 7.

abhorrentes; unde Tacitus eos imbelles nominat, et Si-
donius Apollinaris in panegyrico Majoriani ait cum Tu-
rones bella timentes adversus Gothos defendisse. Iste
omni characterem optimi expressisse dicitur Tassus: Tassus
celebris Poeta Italus in sua Jerusolyma liberata: Gie-
rusolyma liberata: Cantor. hinc versibus:

Non è gente robusta, o faticosa,
Se ben tutta di ferro ella riluce.
La terra molle, e lieta, e diletta
Simili a se gli habitator produce:
Impero fa nelle battaglie prime;
Mà di leggier poi langue, et si reprime

Quos versus Sicilianus Poeta quidam aequè ingeniosus
ac Tassus sic latine reddidit:

Turba licet chalybis cataphraeta horrore nitentis,
Agra labore tamen, nec vivida robore: molles
Blandaque terra sibi similes educit abunnes,
Sic licet, hi sub prima omitt discrimina pugnae
Præcipites, sed restincti non fulgure torpent.

In hac provincia praecipue notantur

id est Toronum, Turonium, Turonum, seu Turones: Tours: totius provinciae seu Tractus Caput, à qua et ipse nomen ha-
bet, urbs posita ad ripam meridionalem fluminis ipsam inter
et Carum seu Curium: Cher: flumen, quod ab austro fluens
postea Ligori miscetur. Ampla est et ornata, nec
non antiqua, locoque juvundissimo collocata; unde com-
muniter Franconia hostes nuncupatur. Vetus illius no-
men, prout ex Ptolomaei et tabulae Bentingeri patet, Cata-

* Conradus Bentinger
seu Bentingerus natus
Augusta Vindelicorum
an. 1469. cujusdam An-
riferi filius: gram-
matici cum ex nobili
Suevia prosapia ori-
undum dicant: vir
litterarum peritia
celeberrimus Maxi-
milianus. et Carolo
V. à consilio fuit.
ad Lutheri partes

rodunum fuit, id est, Caesaris munimentum, nam Tur-
onum lingua non modo montem sed et munimentum
significabat. Post Romani Imperii in Gallia exci-
dium Visigothis paruit usque ad tempora Godovici Fran-
corum Regis, qui, devicto Marico eorum Rege, illam occu-
pavit. Prima esse dicitur Franconia Civitas, cui
privilegia fuerint indulta patentibus litteris à prima stir-
pis Regibus confirmata. Prima etiam fuit, qua
post tumultum adversus Henricum III. Franconia Regem an.
1198. Parisiis excitatum, ubi Civis soliaribus munitionibus

litur tanta arte elaboratum, ut ei vix simile tota Fran-
cia reperiat.

Ecclesia Collegiata S. Martini Cathedrali nihil cedat,
amplissimisq; totius Francie Templis facile annue-
ratur. Rex Francie perpetuus est illius Abbas, ea quo
hac dignitas in personam Hugonis Capeti corona adjecta
fuit; unde illud Anigma, quod Abbas S. Martini Tu-
ronensis ius habeat cum Regina Francie conveni-
bendi. Retro summum illius altare visitur S. Mar-
tini Sepulchrum marmoreum, e quo an. 1562. Hugo-
noti corpus ipsius eorum flammis addiderunt, quem
admodum sequentes versus, qui ibidem leguntur, indi-
cant:

Impia Religio furis agitata malignis
Opera viri Sancti hic igne cremanda dedit.
Crudeles fuerant, Divo Phlegontis ab omne
Exiit, tantum qui potuere nefas.

Tum ipse S. Martinus haec eloquitur:

Tantus olim Confessor eram, nunc igne crematus
gente mala oblata est Causa Martirii.

Olim huius Ecclesiae Monachi preceperant, in eaque Divi-
na peragebant officia, quando autem Canoniconum sa-
cularium facta sit, id nobis ignotum.

In Suburbio, quod S. Symphoriani dicitur, adest Arc-
terium, Majus Monasterium | Marmontier; | nuncupatum
a suo fundatore S. Martino, et a laico, que ibidem asserva-
tur, olei ampulla celebre. Sulpitius Severus ejusdem S.
Martini Discipulus in illius, quam conscripsit, vita narrat,
quod, cum Sanctus iste ex gravi lapsu lethale vulnus acci-
pisset, nocte venerit Angelus, qui coelesti quodam un-
guento vulnus lenivit ac penitus curavit, adeo, ut altera
die S. Martinus aequo sanus fuerit, ac si nunquam incom-
modum aliquod passus fuisset. Quadragesimus quartus
et quadragesimus quintus Cabilonensis Concilii Canones
hujus sacra ampulla mentionem faciunt; necnon ejus
unguento Henricus IV. in Ecclesia Cathedrali 27. Feb. 1594.
in Regem Francie unctus fuit. In hoc etiam Monas-
terio cineres reliquiarum S. Martini a Calvinistis cremata-
rum operari dicuntur.

Ad portas Civitatis duo Curi fluminis brachia insulam effi-
ciunt, qua S. Cosma dicitur, in qua est Monasterium Bene-
dictinorum. In ejus Ecclesia Berengarius jacet sepultus.
Natales in hac Urbe sortitus primus Thesaurarius et Scholas-
ticus Ecclesia Collegiata S. Martini, deinde Rudegavi Archi-
diaconus fuit, hinc docere et aperire coepit Eucharistiam
esse tantum figuram Corporis Christi. In variis Conciliis

in Suburbis 488. ac universim 4000. Incola nune-
vantur.

Castroem ei insidet in eminenti saxo collocatum
multisque turribus rotundis munitum, et à prima-
rio quodam Ambasia viro nomine Ingelger loco illi-
us, quod à Danis seu Normannis circa an. 882. vas-
tatum fuerat, olim constructum. In hoc castro
monstratur Cornu Cervinum stupendae magnitudinis,
at non à natura sed arte humanisque manibus fac-
tum, quod an. 1700. Philippus Rex Rudegawensis, dum
in Hispaniam ad capependam huius Monarchia sibi
delatam coronam pergeret, et fratres ejus Burgundia
et Bastia Duces, qui eum comitabantur, hæc tran-
sientes detexerunt. In eodem castro an. 1469. Ludo-
vici XI. Equestrum S. Michaelis Ordinem instituit;
à quo etiam an. 1482. mense Octobri Civitas hæc ab
omni vectigali et tributo immunis facta est, datis
hanc in rem ab ipso litteris patentibus: Suburbia ta-
men huic oneri subiecta permansere. Carolus
VIII. Ambasia natus et an. 1498. denatus est.

Hanc urbem etiam celebrem reddidit Calvinistarum
conjuratio adversus Catholicos an. 1561. facta, quæ
bello civili dedit initium, ubi et Hugonotorum no-
men, quo Calvinista Turonibus jam notati fuerant, pa-
lam erupisse videtur.

33. 890

§. V.

De Agro Blesensi.

Blesensis Ager seu Tractus (Le Blois) limites ha-
bet versus Septentrionem Belviam Specialem; ad Orien-
tem Agrom Aurelianensem; versus Meridiem Tractum
Bituricensem; et versus Occidentem Tractum Turonen-
sem. Longitudo ejus est 38. latitudo autem 23. millia-
rium, eamque Ligeris in duas partes dividit. Inter
vetustissimos et præcipuos totius Regni Comitatus repu-
tatur. In eo occurrunt Urbes

1. Bles. (Bles.) alias Castroem Blesense, Bli-
sium, et Blesum Castroem nuncupata Urbs. Sita est ad
ripam Ligeris partim in planitie, partim in parti eminens-
tiori loco, in medio regionis, quæ amoenior in tota Fran-
cia via occurrit. Ponte ex lapidibus quatuor supra Lige-
rim strato ad ejus Suburbium, quod Vigenna dicitur, fit
transitus; jam ante annum 1072. edificatum ajunt, in
eo videntur Obeliscus in honorem Henrici IV. erectus.

q: Viennæ:]

Primo huius Urbis mentionem facisse videtur Gregorius
* Gregorius Turonensis * Pauli VI. Scriptor calaberrimus lib. 3. Hist. franc.

et ex Caroli Calvi Capitularibus facile est colligere eam saeculo IX. et hujus Principis aetate. per celebrem fuisse.

Suavi et sano quidem aere, frequensque praesentis temporibus Regum Anteaque Regiae ibidem praesentia efficit, ut dicantur Cives optimum possidere lingua Gallica accentum, et tamque elegantem et politum loqui; nec Regum et Aulae Regiae absentia comitatus et facultatis laude, quam dudum jam meruerunt, eos exiit.

Hujus Urbis commercium ferè non nisi in aquis distillationis consistit, et vino, quo supra Liguriam Avelianam, Tuscanam, Andegavum, Lanciaum, ac inde in Hollandiam, ceterasque regiones transvehuntur. Praestantia etiam hic conficiuntur horologia. Supra omnes ejus portas collocata est effigies B. V. Mariae, quod an. 1691. ad eandem B. Virginem voto facto ab innumera peste, qua tum dire huc grassabatur, cives statim ac per miraculum liberati fuerint.

Habet Sedem Episcopalem primum an. 1697. ab Innocentio Papa XII. erectam et Metropoli Parisiensi subiectam. Hic etiam ortum habuerunt plures viri liberalibus artibus et scientiis per celebres, inter quos eminentiore duo Congregationis Oratorii Alumnii Morinus et Vignierus, qui abiecto Calvinismo, in quo nati et educati fuerant, Catholicam Religionem amplexi huius Congregationi nomen dederunt.

Primum denique hujus Civitatis ornamentum est Castellum, multorum Principum Opus: primo aspectu ab ea separatim videtur, cui tamen per viam Parisiensem conjungitur. Hic Henrico III. jubente Henricus Dux Guisius 13. Decemb. an. 1588. miserè truncatus est, et postmodum ejus frater Ludovicus Cardinalis Guisius, quod in suspicionem venisset, quasi sub specie transire Religionis Catholicae Regem throno dejicere machinati essent. Castellum hoc alias etiam tumulus Principum nuncupatur, quod in eo permulti Franciae Reges tumultati sint. Adjunctos habet hortos, qui pulchritudine et magnificentia eidem valè maxime conveniunt.

2^o Camborium | Chambost | Castellum seu Palatium Regium ad voluptatem capiendam comparatum, quatuor miliaribus à Blesis | Blois | versus Evonctum situm in loco ubi Cyprianus | Cyprien | annis fuit, et in medio Sylva nuda circumdata ferisque abundantis; cujus ambitus ad septem miliaria porrigitur.

Ab anno 1190. hic domus venatoria extitit; Gran-

is praecipuis huius aetatis scriptoribus adnumeratus nobili prosapia in Alvernia oriundus, natus perhibetur an. 544. et an. 573 Episcopus Tournensis factus obiit 17. Nov. an. 595. Romae, ubi Gregorium Magnum inviserat, rediit. Scripsit inter alia Opera Historiam huiusmodi Francorum.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

4
visus est. ab Hispania, ubi captivus fuerat detentus, re-
turns, ibi dicitur, ejus loco Castrum hoc seu Palatium
construxit; ferunt in eo adificando 1800. operarios duode-
cim annorum spatium laborasse, adjungunt Franciam
nullum inter Gothica aedificia magnificentius exhibe-
re posse, quamvis haud absolutum sit. In eo Stanisla-
us Leszcynski Francia Regina pater olim Polonia Rex,
nunc Lotharingia Dux, Polonia pulvis resedit, donec Lo-
tharingia Ducatu potitus Lüneville sedem fixit. Castrum
hoc postea Ludovicus XV. dono dedit Francia Marssat
Comiti Saxoniae Augusti Regis Poloniae et Saxoniae
Electoris filio naturali, qui jam diem supremum obiit.
S. VI.

De Agro Vendocinensi seu Vendocinensi.

24. 1770. Vendocinensis seu Vendocinensis Ager: le Vendomois: |
olim Comitatus, et à Francisco I. Ducatus dictus, angusta
latis provincia. Eius limites sunt ad Septentrionem
Bretlicensis regio; ad Orientem Blerensis Ager; ad Meridi-
em Tractus Turonensis; et ad Occidentem Ager Cenoma-
nensis. Dividitur in Superiorem et Inferiorem.

7. Septem
In hac provincia locus est, qui per integros sibi invicem
subsequentes annos aquis est repletus, per alios autem sep-
tem annos siccus et aridus est, tumque antea horrenda stu-
pendaque abyssi in eo exornantur. Incola ex aqua-
rum altitudine augurari solent, num Septem anni
illi, quibus aqua illum defuit, fertiles futuri sint,
nee ne. Huius solimmodo notatur verba

Vendocinum: Vendome: | Caput provinciae, à qua Vin-
docinenses Duxes nomen ferunt. Ad ripam Lerae seu
Ledi: le Loir: | annis sita est, novem miliaribus à Cas-
telo-Duno: Châteaudun: | et Septem à Bleris: Blois: |

An. 1562. Hugonoti eam occupata, Sanctorum Statuas
et imagines deiecerunt, altaria demoliti sunt, multaque
alia execranda in Catholicae Religionis odium exeruerunt.
Post verba ista confederatorum Catholicorum seu Legis-
tarum partes amplexa est. An. 1586. Henricus IV. ei,
ut se dederet, selementiari fecit, id facere remmentem
adortus cepit, atque militibus suis diripiendam tradi-
dit.

Inter Ecclesias, quae in hac Civitate sunt, eminent Eccle-
sia SS. Trinitatis à Godofredo Martello Comite Andega-
vensi an. 1042. constructa, et Majoris Monasterii: Mar-
montiar: | Benedictinis tradita. Dicitur ibidem in
vase vitreo, cujus nullum orificium seu apertura depre-

prehenditur, lacvas lacrymas aspersari, quas memoratus
Comes à terra sancta seum attulit, et qua ex eis esse di-
cuntur, quas Christus Dominus propè Lazari Sepulchrum
fudisse ab Evangelista Joanne c. ii. v. 38. memoratur, et
qua ob Angelò concepta S. Maria Magdalena dono da-
ta ab ipso fuerunt. Neminem tamen cogere inten-
dimus, ut id ita credat.

Adest etiam Ecclesia Collegiata S. Georgii, in qua
extat Sepulchrum veterum Comitum Vindoburgensium
à Burchardo I. usque ad Burchardum IV. Præterea
hic adhuc occurrunt quædam Monasteria tam virorum,
quam mulierum.

§. VII.

De Belsia.

1770. 38.

Cum Belsiam hic memoramus, sermo nobis non est
de illa Regione, que sub Belsia nomine non modò
Agrom Carnutensem sed et partem Insula Francia nec
non Aurelianensis Agri in se complectitur, atque ad hi-
gerim usque protenditur; sed de Belsia in speie,
que alias Ager Carnutensis nuncupatur. Igitur

Belsia in speie | Beauce | Regio est satis populosa, quan-
vis haud multum protensa; frumentoque dives, unde
et Francia horemum nuncupatur. Limites habet à Septen-
trione et Oriente Insulam Francia; à Meridie Agrom
Blesensem; et ab Occidente Regionem Bertinensem. in
ea notantur

1.º Carnutum | Chartres | Urbs satis ampla, provincia
Metropolis, à Franciso I. titulo Ducatus ornata, à quo pro-
inde Duces Carnutenses nomen trahunt. Olim Carno-
tum, Carnotenus, Carnotena Civitas, item Carnotena
dicebatur. Antiquitus Autricum à flumine Autura
| Eure | quod illam perfluit, dicebatur, sed postmodum
depositò veteri, populi Carnuti, cujus Caput erat, no-
men assumpsit, atque primum Civitas Carnutum vocari
coepit, tum mediæ ætatis ignorantia genitivum plu-
ralis numeri Nominativum Singulare, et neutrius gene-
ris existimans Urbem hanc Carnutum nuncupavit, quod
nomen dein ei adhasit.

Inter Gallie antiquissimas Civitates computatur, et
si is, que ibi narrantur, fides, haud procul à Biliuvio
suam trahit originem. Ab Autura fluvio in duas
partes dividitur; illius major pars collem occupat,
in eaque vici seu plateæ admodum angustæ sunt, ipsius

antiquitatis monumentum. Novem numerat portas, quarum sex muro obducta sunt, super quamlibet earum conspicitur effigies B. V. Mariae, quod ejus tutela et patrocinio utrisque sit devota.

Diu adversus Romanos libertatem hanc tutata est, tandemque cum Julio Cesare, cujus potentia resistere imparem se sensit, foedus pepigit. an. gii. à Rollone Normannorum Duce obfessa, et an. 1091 flammis perire absumpta fuit. an. 1591. Henricus IV. eam occupavit, atque ibidem an. 1594. in Regem unctus et coronatus fuit, quod Ahenorum Civitas foederi laevo seu liga adhuc esset implicita, et in rebellionem persisteret.

Comiti forfices et novacula excellentes conficiuntur, adhaec etiam varia lanae opificia. Incola tamen admodum pauperes sunt et egeni.

Stabat Sedem Episcopalem jam antiquitus fundatam, cujus tamen initium ignoratur. Dicitur est, quod jam an. 1197. hic Episcopus fuerit. Olim Metropoli Senonensi subiecta erat, sed ab an. 1622. Parisiensi parat.

Præter Templum Cathedralis, quod magnificentum est, adhuc quaedam alia hic numerantur Collegiata Ecclesia, item et Parochiales. Hic etiam nonnulla commemorantur celebrata Concilia, ut an. 1124. an. 1146. in quo expeditio in terram Sanctam decreta fuit, an. 1536. et 1550. in quibus ordinationes quaedam circa Disciplinam edita fuerunt.

Inter magnos viros, quos Comitum protulit, præcipue celebratur Petrus Nicolius | Pierre Nicole | vir cui pietas et doctrina summam laudem conciliarunt. Ipse inter alia Opera adscribitur Versio Latina Epistolarum Gallicarum Ludovici Montaltii ad Provinciales adversus sæculi præteriti laxiores Casistas editarum suis publicè facta sub nomine Widelmi Wundrockii Salisburgensis Theologi. Natus perhibetur Nicolius an. 1625. Senatus Parisiis 16. Nov. an. 1695.

Principis Regii sanguinis Arvalianensis Ducis filius primogenitus Dux Comitatensis nuncupatur | Le Duc de Chartres |

20. Bona valis | Bonnaval | Urbis adligerim sita tribus miliaribus à Castello-Duno in via Vendominum versis, celebri Benedictinorum Monasterio decorata est. Ab eâ nomen habuisse dicitur famosus ille Comes Bonwallius | Le Comte de Bonnaval | qui sub hujus sæculi initium à Gallia ad Austriacos transfuga ab Imperatore Carolò VI. inter suos Belasides cooptatus, Legionemque donatus fuit.

27
Denique quod Ericas evitasset Sabaudiaque Principem Eu-
genium Supremum Imperatoris Belliducum reipue milita-
ris Praefectum injuria affecisset, dignitate sua cecidit et
exactus ad Turcos se recepit, atque Constantinopoli perit.

S. VIII.

1790. 36.

De Beticis seu Beticensi regione.

Beticus seu Regio Beticensis | Berche: | via non totius
Francia minima, ut ejus longitudo 15 leucarum seu mil-
liarium, latitudo autem 12. Intraeat Lit. Confines est ad
Septentrionem Normannia; ad Orientem Theodemerensi
seu Tinerensi pago | Thimerois: | et Agro Carnutensi; ad
meridiam Dunensi, Vindorinensi, et Cenomanensi Tracti-
bus; et ad Occidentem Sarta | Sarta: | fluvio.

Hae regio nomen sortita est a magna Lybra, quae Ber-
tius saltus nuncupatur, et cujus varii Scriptorum usque
ad an. 1000. meminerunt.

Solum est inaequale et montosum; montes ejus inul-
ti ovibus et vaccis pascu subministrant; vales vero
omnis generis fomentum, carnalium, et foenum abun-
danter proficiunt. Haec etiam poma magno numero col-
liguntur, ex quibus mustum exprimitur communis et
consuetus Incolarum potus. Regio enim vini peme-
riam patitur, et quod ibi in usque admodum quantita-
te colligitur adeo tenue est, ut mustum illud ei faci-
le proficatur. Habet etiam fontem mineralem Scla-
berinum, cujus aqua ferri colorem refert.

Hae provincia stri forte inter alias Francia legiones
minima tres tamen Dioceses numerat. In ea occur-
runt Civitates notatu dignae.

1^o Moritonia seu Moritania | Mortagne seu Mor-
taigne: | Caput provinciae et ceteris illius Urbibus po-
pulosior. Sitae est prope Alenconium | Alencon: | flu-
men sub 20. grad. 45. min. longit. et 48. grad. 26. min.
latit. In ea est Ecclesia Collegiata omni-
bus Sanctis Dedicata. Duae Parochiales Ecclesiae; Monas-
teria Carolitorum, et Capucinorum; Bioratus Canoni-
corum Regularium; Monialium Ord. S. Francisci;
et Xenodochium.

2^o Nonigentum seu Noginentum, Oppidum joque-
losissimum multisque Francia Civitatibus haud cedens.
ad ripam Hugna | Hugne: | fluvii situm. Anti-
quum ejus nomen est Novigentum Rotrodi, Novi-
gentum Rotrodi, Noginentum Rotrodi, Noquentum Ro-

trodi, et Noniandum Rotrodi seu Rotroci, unde gallica
Noient le Rotrou nuncupatur. Nomen hoc habet
à Bertii Comite Rotrodo seu Rotrodo, qui in hujus
Oppidi Castrò sedem habuit.

Salisburyensis Comes Anglus bellò Carolum VII. Angliae
Regem francia inter et Anglos fervente urbem
hanc occupavit, omnesque ejus Inulas suspendio
succavit. at Carulus VII. an. 1449. Jenu cam recu-
peravit, atque munitionibus formidabilem effecit.

§. IX.

37. 2999.

De Cenomania seu Agrò Cenomanensi.

Cenomania seu Provincia Cenomanensis |; le Maine | con-
finitima est ad Orientem Bertio et Agro Vindouinan-
si; ad Meridiem Tractibus Andegavensi et Turonen-
si; ad Occidentem Britannia; et ad Septentrionem Nor-
mannia. Eius longitudo ab ortu in Occasum est
35. et latitudo ab austrò ad Borcam ultra 20. to-
tusque ejus ambitus 90. miliarum gallicorum seu
Cularum.

Nomen accepit à Cenomanis Celtarum populis,
qui etiam Auleri dicti sunt. Caesar et Ptoloma-
us hujus provinciae Inulas Cenomanos Auleros no-
minant, necnon Livius, Polybius*, et inter Recen-
tiores Leander Alberti memorant eos circa an. 160.
urbis Roma Elitovic Duce in Italia terras quos-
dam occupasse, necnon Veronam, Brixiam, Bergo-
num, et Mantuam edificasse.

Hae Provincia primum Gallis, dein Romanis, ac
denique Francis paruit. Qui eam possederunt post-
modum possederunt, solùm Comites dicti sunt, at
postquam Ludovicus XIV. an. 1673. notho filio suo
Ludovico Augusto eam adseruit, tunc hic Cenomania
Duce nuncupari coepit.

In ea sunt arva lata, vineta, vincta, colles amoeni,
saltus, stagna, et plures fluvii, quorum praecipui sunt
Meduana |; La Majene |; Huina |; L' Huine |; Sarata |; Sar-
ta |; et Leva seu Lelus |; le Loo |; adhaec etiam ferri fe-
dina, et duodecim circiter officinae ferariae; item
Saliberrini fontes minerales, quorum aquae ferri co-
lorem exhibent; necnon Sassi albi et marmoris,
et lapidis fissilis sed rudis admodum fodina.

Ceterum Cenomani atq; rationibus suis servare
diuntur, et omnia ad usus suos et commoda con-
vertant. In hac Provincia occurrunt verbes

* Polybius insignis
Historiographus Gra-
ecus ex Megalopoli
Acadica urbe Ly-
costa Reipublicae
Achaenae Praefecti
et Reatoris primarii
Silius, Romanus ve-
niens Scipionis Afri-
cani et Helii neces-
situdinem sibi con-
ciliavit, ac ibidem
Romanam historiam
libris 40. conscripsit,
cum prius varias
peragrasset regio-
nes, ut Corin-
thi, de quibus dictum
erat, notitiam sibi
compararet.

postquam trium mensium spatio se adversus Anglorum exer-
citum, cui Salisburiensis Comes praeerat, tentata fuisset,
atque quatuor sustinisset oppultus, tandem ei sub certis
conditionibus se dedere compulsa fuit.

Populosa est, in qua in ea sunt Ecclesiae parochiales,
pluraque Monasteria. An. 1527. Franciscus I.
in gratiam Cambri à Lotharingia primi quibus Ducis
eam ad Ducatus et Comitatus dignitatem venit.

30. Lavallium [Laval:] Sitae est haec Civitas ad ripam Me-
duna seu miliaribus ab ejus nominis urbe, Meduna si-
liet, et Leodecum à Cenomano, quatuordecim à Redoni-
bus [Rennes:] versus Britannia confinia, et in eadem dis-
tantia ab Andegavo [Angers:] et Flavia [Flèche:]

Urbis ista, qua olim à Guidone primo ejus Comite Vallis
Guidonis [Laval Guyon:] nuncupabatur, dignitate Co-
mitatus et Comitatus gaudet, et frequenti, qua in ea exer-
cetur, contraria negotiatione celebris facta est.

In ea sunt Collegium, et duae parochiales Ecclesiae, nec
non duae Collegiatae, quarum una parochialis est, Princi-
tus Canoniorum Regularium S. Augustini Congregationis
S. Genovevae, item S. Martini, qui Suburbio nomen tri-
buit; Conventus Franciscanorum Discalceatorum, quo-
rum Ecclesia speciosa est et marmore hyperbiens; item
Dominicanorum, Capucinorum, et Ursulinorum; nec
non Monasterium Benedictinorum; Xenodochium
pro pauperibus aegrotis, et aliud commune.

Duae sunt hic arces fortibus muris et turribus muni-
tae una cum ponte ea lapidibus quadris supra Medu-
nam structo, per quem ad unum illius Suburbiorum
transitur.

S. X.

138. 1740.

De Andegavia seu Tractu Andegavensi.

Andegavia seu Tractus et Ducatus Andegavensis [Anjou:]
angusta quidem provincia, quam tamen plerumque annes
profluunt, inter quos eminent Ligeris [La Loire:] Lava
[Le Loir:] Sarta [Sarte:] et Meduna [Mayenne:] Ejus
Longitudo est 30. et latitudo 20. miliarium gallicorum
seu Caesarum. Confinis est ad Septentrionem Ceno-
mania; ad Occidentem Britannia; ad Meridiem Pic-
tavis, et ad Orientem Turonensi Agro. Dividitur
juncta Ligeris fluvium in Superiorem et Inferiorem, seu
Septentrionalem et meridionalem.

Aërem habet temperatum, solumque amoenum collibus
et planitiis intermixtum. Triginta tres Sylos nu-
merat quercibus et FAGIS superbiens. Adhuc etiam

refert S. Joannes Evangelista c. 2. aquam in vinum conver-
tit, à Renato Sicilia Rege, qui hie sepultus jacet,
abata. Sed hoc nonnullis recentioris aevi eruditis
fabulam adolere videntur.

q celebratur

Multum hie etiam admiranda processit, qua singu-
lis annis in festo Corporis Christi institui solat, et ad
quam undique populi ingenti numero conveniunt, atque
à mane usque ad vesperam perdurat. Haec cerimo-
nia in perpetuum Phœris Berengarii olim hujus Ecclesie
Archi-Diaconi, qui primus valem Christi in Eucharistia præ-
sentiam impugnavit, memoriam primum hie instituta
dicitur, quæ dein ad omnes Catholici Orbis Ecclesias propagata
est.

q damnata

Præter Ecclesiam Cathedralen hie quoque nume-
rantur 16. Ecclesie Parochiales, quarum 12. in Civitate,
et 4. in Suburbis extant. Octo Capitula Ecclesiastica,
et varia utriusque Sexus Monasteria.

Adest etiam Universitas, cujus quatuor sunt faul-
tates, Theologica nempe; Juris Utriusque Canonici Ci-
vilitatis et Civilis; Medica; et Liberalium Artium, à S.
Ludovico fundata et creata. Adest etiam Aca-
demia Politiorum litterarum an. 1685. mense Junio
jussu Regis Ludovici XIV. stabilita. Item Curia
monetalis.

Hic quoque varia circa Disciplinam Ecclesiasticam
celebrata Synodi memorantur, ut an. 453. 1269. 1326.
1448. 1615. 1617. pp.

Inter Calabros viros, qui in hac Civitate ortum habue-
runt, merito recensatur Augustinus Menagius, qui variis
Operibus, usque Selectis Sæculum præclarum illustra-
vit. Natus perhibetur 15. Aug. an. 1613. Denatus 23.
Julii. an. 1692. cum aetate suam ad 79. annos protu-
lipet.

2^o. Salurnium seu Salurnorum, item Salurnia
(Salurno) Urbs antiqua, et quæ jam an. 400. Stetit.
ad meridionalem Ligoris ripam sub 47. gr. 16. min. lati-
tud. et 17. gr. 32. minut. Longitud. posita, et ob pon-
tem suum, qui momentonum Ligoris transitum præbet,
in historia multum celebrata.

Civitas hæc sub Hugonotis celebrior fuit, quam nunc
sit, ut qui in eâ omnium Scientiarum Academiam habue-
runt à celebri Du Blesii-Momay sub Henrico IV. auspici-
is fundatam et creatam. At an. 1684. post revocatio-
nem et abrogationem Nannetensis edicti, et ipsa sup-
pressa fuit et abolita. Habet Suburbia muris cincta,
ipsaque Urbs præstantiora et venustiora. Modò

1720. foci in ea numerantur, animala vero circiter 6500.
Ast ubi adhuc Hugonotorum Academia decorata erat
longe populosior fuit. Ipsius tamen juvenus et
amoenus situs multos exteros ad eam allicit.

Ei insidet Castellum opere antiquo munitum: Sal-
muris dicitur velut per corruptionem Salvus muris,
ex quo Urbs ipsa nomen accepisse videtur. Antiquitus
Castellum istud Trancus | le Trone | vocabatur, non ta-
men eo, quo nunc est, loco situm. Imo ajunt Urbem
ipsam antiquitus propè Vigennam | Vienne | qua quin-
que ab ea miliaribus Ligeri influit, fuisse. Nitri et ferra-
mentorum negotiationem perscipue exeret.

In ea sunt tres Ecclesie Parochiales, quas unius Paro-
chi tres Vicarii administrant: variaeque utriusque se-
xus Monasteria.

Miliaris ab Urbe quadrante situm est celebre S. Flo-
rentii Monasterium Benedictinorum Congregationis
S. Mauri an. 1070. ab Abbate Frederico edificatum, cum
prius sancto X. Lulicet intra Salunviensis Abris ambitum
à Gualdo Comite Blesensi fundatum fuisset.

Historia Ecclesiastica Salunorum celebrat ob varia
ibidem celebrata Concilia, ut annis 1208. 1276. 1295.
1315. 1595. 1602. et 1611.

3^o Flechia | La Fleche | Urbs in ultimis Andegavia
finibus versus Agrum Anomanensem Decem ab Andega-
vo miliaribus ad ripam Ligeris in ampla et perjuncta
vada cujus colles vineta et virgulta contegunt, sita.

Unicam habet Ecclesiam Parochialem, quamvis 6000.
ciriter Incolarum contineat. Splendorem suum Hen-
rico IV. acceptum refert, à quo pulchrior et clarior
effecta est. Inter alia Res ista magnificum quo-
que Seminarium Collegium ibidem an. 1603. fundavit,
in cujus Templo ipsius et Mariae de Medicis conjugis
sua corda asserantur. In eo seorsum numerantur
Regentes seu Professores, quatuor qui Theologiam,
tres qui Philosophiam, duo qui Mathematicam,
duo qui Rhetoricam, et quinque qui Humaniora do-
cent. Hic celebris Cartesius Philosophiam doctus est,
quam postea, quod ejus produnt Opera, contempsisse vi-
datur.

* Jam Jamensis tota
Francia extus abatis
Collegium eorum
hui alii possident.

§. XI.

De Britania.

Britania seu Britavorum aut Britaviensis provincia
| Le Briton | ampla admodum Regio, cujus longitudo ab ori-
ente ad occidentem est 75. et latitudo à Meridie ad

1770. 39.

Septentrionem 25. miliarium. Confinis est verus Oriens agris Turonensi, Bituricensi, et Marcia; ad Septentrionem Britannia et Andegavia; verus Occidentem Mari Aquitanico seu Vasconico; et ad Meridiam provincia Engolismensi et Agro Santonio.

A Britonibus seu Pictavis, qui Julii Caesaris aetate inter Celtas fuisse celebres, nomen habet. Post Barbarorum in Romanis Imperii Galias regiones, saeculo V. invasiónem Visigothi provinciam hanc occupaverunt à qua eos Codovensis Francorum Rex post initum prope Vogliam seu Vogladium [Vougle:] oppidum, quod vetus Voulande est, cum ipsis praelium, in quo Alarius ipsorum Rex interventus est, conturbavit.

Quarta locorum hujus Provinciae situm, solum ejus magis aut minus est fertile; Summatim dici potest, quod partim pratis partim saltibus et hybris constat: pauci in ea sunt montes; bini etiam fluvii, qui navigia ferant, eam distantat perfluent, Vigena seu Vignana [Vienne:] nempe, et Separa Nannetensis [la Sèvre Nantoise:] In ea etiam occurrit fons mineralis salis celebratus, cujus aqua salis laporem habent. Adest quoque Viperaeum species quaedam magno apud Medicos usu.

Novem caiguos portus numerat, qui tamen non nisi cymbas et scaphas recipiunt excepto portu, qui Arena Clonensis [Les Sables d'Olonne:] nuncupatur, ad quem 150. cuparum navigia appellere possunt.

In duas partes dividitur Superiorem scilicet, quae Orientalis est, et Agris Bituricensi et Turonensi adjaect, et Inferiorem, quae Occidentalis est, atque Oceano et Nannetensi provincia confinis est. In ea sequentes notantur Urbes.

1. Britavium [Poitiers seu Poitiers:] ab Augusti Imperatoris nomine olim Augustoritum, item Limonium seu Limonum dicta Civitas, totius provinciae Caput, supra collem ad lavam cuigui fluminis Clava seu Clava [Clain:] ripam aedificata.

Si de merito Civitatis cujusdam ea illius magnitudine et ambitu judicandum esset, forte Britavium omnium post Astartiam Graeciae Civitatum praecipua esset, at profecto nunc inter humillimas et abjectissimas computari potest, ut quae bellis internis et Civilibus penè attrita fuerit; unde non nisi ligneas et lutices domos habet, minimèque populosa est, atque in ea quamplurimas aedes rursus reparantur, aliae vero jam collapsae sunt, quin ullus eas demis exutare cogitet. Attamen aliquot magnifica palatia speciosaque numerat Ecclesias. Si Castrum insidet pertractatum, prope

quod videntur rudera Amphitheatris, aliorumque Romanorum monumentorum. Illius seu sunt porta.

Habet Sedem Episcopalem Metropoli Burdigalensi subiectam, circa an. 260. fundatam. Inter illius Episcopos in historia sive profana sive Ecclesiastica S. Hilarius Trinitatis divinae adversus Arianos propugnator acerrimus. q multum celebra-
tur

Post Ecclesiam Cathedralam S. Petri dicatam inter ceteras eminet Ecclesia Collegiata S. Hilarii: in ea visitur tumulus marmoreus Gilberti Comitani circa medium saeculi XII. huius Urbis Episcopi, hic Episcopus, cum quadam de SS. Trinitate et Verbi divini Incarnatione erronea et haeretica scripsisset, à S. Bernardo convictus, errorem suum ultro agnovit et humiliter deprecatus est in Concilio Remensi an. 1148. sub Eugenio Papa III. celebrato; à quo etiam pacifica in suam Ecclesiam remissus fuit, quod, etsi ipsius assertiones haereticae fuissent, ipse tamen haereticus non esset, ut potè pertinacia adversus Ecclesiam exarsit. Hic illius effraus tumulo Hugonoti cadaver inde extractum igni addiderunt.

Prope hanc Urbem an. 1356. famorum illud palium Joannem Franciae Regem inter et Eduardum Angliae Principem, postea sub nomine Eduardi IV. Angliae Regem initum est, in quo Joannes victus et captus fuit.

Hic etiam numerantur 22. parochiales Ecclesiae; novem virorum Monasteria, quorum duo sunt Benedictinorum. 12. Monialium, proter abbatias duas Monialium Ordinis S. Benedicti, quarum una S. Crucis, altera SS. Trinitatis dicitur. Duo Seminaria. et tria Xenodochia.

2^o Ricolorus seu Richelium | Richelien: | Urbs ad ripam Amabilis | Amable: | fluvii novem milliariibus à Bictorio sita. Prius non nisi vicus erat, celeberrimi Cardinalis Ricolori seu Richelii tamen locus natalis. Hinc cum celebratus idem Cardinalis in speciosam civitatem convertit adjuncto eidem magnifico palatio, nempe amplo vivario. In ea 200. fori numerantur. Titulo Ducatus gaudet, cui multa Urbes et oppida adjecta sunt. Ipse Cardinalis vitam posuit Parisiis 24. novemb. Jan. 1642. exiguum huius desiderium relinquens. q vel, ut alii volunt, 4.
7. Decemb. 1642.

3^o Lusignanum seu Lusignanum, alias etiam Lusignanum seu Lusignanum Castorum | Lusignan seu Lusignan, antiquitus Lesignan, Lesignem, Lesinger, et Ligen: | Urbs et Castorum ad ripam Vigenna | Vienne: |

5
fluminis, in via, quæ Britanni Rupellam pergitur. Castrum
collem occupat, ad cuius pedem urbs sita est. Locus iste
jam à Saeculo XI. notus est, specialiterque hos Dominos ha-
bit, qui postea Marchia et Engolisma Comites facti sunt.

Castrum ab Hugone II. Lusignani Domino adifica-
tum inexpugnabile habitum est; attamen an. 1578, sub
Henrico III. à Ludovico Borbonio Duce de Montpensier post
quatuor mensium obsidionem subactum fuit.

Civitas ipsa angusta est, nec in ea præter Castrum quid-
quam memorabile occurrit. Familia Lusignana
non modo Marchia et Engolisma Comites protulit, sed et Re-
ges Jerusalem et Cypri insula. Philippus Pulcher horum
Comitum prædia et possessiones iterum Corona adiunxit;
et postquam Lusignanum Comitatus Britanniensi adiutum
fuit, tunc et eandem cum eis sortem expertum est.

4^o Rupes ad Yonem | Roche sur Yon | Oppidum cum
titulo Ducatus. Ab exiguo fluvio Yone | Yon | nomen ac-
cepit, ad cuius ripam quinque à Lucania | Luzon | miliaribus
versus Septentrionem collocatum est. Pertinet ad pro-
sapiam Borboniam de Contic | Conti | quod ipsa à Montpen-
sieriis hereditate obtinuit.

5^o Tremolia seu Trinellia, et etiam Trinellium | Tri-
moille seu Tremoille | Urbs, cui magnificentissimum insidet Cas-
tellum. Titulo Ducatus gaudet; estque avita domus
famose Ducalis Trinellianæ prosapia, à qua Principes
Roanii | Rohan | et Duxes Nigri Monasterii | Noir Mon-
tier | ducunt originem.

6^o Noviliacum | Noailles | Oppidum tribus miliaribus à
Britanniis versus Meridiem situm, in quo extat celebre
Benedictinorum Monasterium à Carolo Magno funda-
tum.

7^o Luciona seu Lucionum, item Lusonia, Lucionia
et Secor | Lucor, seu Luron et Luffon | Urbs inter paludes
ductus à mari miliaribus sita, unde et insalubrem habet
aërem.

Proprie loquendo non est nisi Oppidum nunc
cavens, atque ideo duntaxat Urbibus annumeratum est,
quod ibidem Abbatia Benedictinorum ad Sedis Episcopalis
dignitatem erecta fuerit. Luciona originem habet
à memorata Abbatia seu Monasterio olim à quodam
S. Philiberto Lusignani, cui nomen Lucius erat, hæc fun-
data, cui et nomen suum indidit, quod post ad ipsum
Oppidum Monasterio ipso postariis derivatum est.

Cum Monasterium hoc aliquot Saeculis sub Regula S.
Benedicti florisset, Joannes Papa XXII. an. 1317. illud
Episcopatum dicit, et Metropolim Burdigalensi subiecit,
hænon primum eius Antistitem constituit Petrum de

Viana: (De la Voyrie:) ejusdem Monasterii Abbatem. Illius
 Monachi semper hujus Cathedralis Ecclesie Capitulum cons-
 tituerunt usque ad tempora Ludovici XI. Francie Regis,
 tum enim ad ejus instantiam Paulus Papa III. an. 1468.
 hos monachos una cum suo Episcopo ad Saeculares transcrip-
 sit, eorumque Monasterium in Canonicorum Saeculari-
 um Capitulum transmutavit. De hujusmodi Religio-
 nis, qui eo tempore relicto Monachatu ad Saeculum tran-
 sibant, ait Trithemius, eos ea malis Monachis factos
 esse pessimos Canonicos.

Lucionensis Episcopus Basonem se nominat. Inter
 famosissimos hujus loci Episcopos facile praecipuus fuit
 celebris Cardinalis Nicoloas seu Richelius.

§ XII.

177. 40.

De Provincia Engolismensi

Provincia Engolismensis: (Angoumois:) sita est juxta
 Carentonem: (Charente:) fluvium, qui partem illius perficit.
 Limites ejus sunt ad Septentrionem Britania; ad Orientem
 Lemovicensis Ager et Marchia; ad Meridiem Regio Petri-
 coriensis: (Benigord:) et ad Occidentem Santonia. Eius lon-
 gitudo est 25. et latitudo 18. miliarium. Fertili, vini,
 et croci, praecipua, praecipueque passim dives est. Illius
 Incola comites sunt et urbani, usum ingenio prestantes,
 litterarum quoque cultores, eninui. Meretriciam negligunt,
 in militia et bello fortes et generosi. In ea praecipue no-
 tantur bina sequentes civitates.

1. Engolisma: (Angoulême:) Urbs in medio provincia ip-
 sius collocata supra montem rupibus et saxis circumdatum,
 ad cujus pedem Carentonem: (Charente:) fluit. Illius sub
 nomine Juulisma velut de civitate parum nota parum-
 que spectabili primum meminisse videtur Ausonius, qui cir-
 ca hunc Saeculi IV. floruit. Auctores, qui post ipsum scripse-
 re nomen hoc comperunt, atque ex eo Juulismam et tan-
 dem Engolismam afferunt. Provincia caput est, cui et
 nomen tribuit.

Saeculo V. quo jam spectabilior erat, Visigothi eam oc-
 cupaverunt, qua Cordovanus Gothorum Rex, reposita de
 Alarico eorum Rege victoria, eos dejecit. Sub Carolo V.
 Francie Rege Civitas haec speciale Fidelitatis suae monimen-
 tum edidit, cum, ejecto Anglorum praesidio, Principi legitime
 suo se subiecit. Hugonoti bis eam potiti sunt. Ubi
 an. 1386. Architalaprus De Cotinaco: (L'Amiral de Coligny:)
 partis conditionibus illam obtinisset, ipsius copia loca sa-
 cra profanarunt ac iniuriarunt, nullaque alia inhumana
 et crudelia excuserunt. 8000. civiter numerat ani-
 mas. Incola ejus ad Studium litterarum multum

Deius seu petrus
 Divinus Magnus theo-
 nius insignis Saeculi
 IV. Poeta Galus Bur-
 degala natus, ubi et
 triginta annis huc
 anno Rhetoricam do-
 mit; patrem habuit
 celebrem quondam
 Medicum. primum
 Gratiani Imperatoris
 Valentini filii pre-
 ceptor, post Urbis Ro-
 ma Praefectus an. 374.
 Mortis ipsius tempus
 est incertum, an. 392.
 vel saltem 388. ad huc
 superflue dicitur.
 Quia Paulini Senato-
 ris Romani solitudi-

nem damnant, ^{et} Sym -
macho Ethico amicus
fuit, necnon Scrip-
tionibus suis multa ob-
scena iniecit, dubi-
tant aliqui non Christi-
anus fuisse; attamen
cum Christianum fuisse
Scripta ipsius clare viden-
tur demonstrare. Qu-
tant illius Epigramma-
ta, et alia quaedam
opuscula.

propendent; at simul arrogantes sunt, in eoque solo af-
facti, qui eorum tenent inopia. Hic ostendit
Joannis Ravallae, qui Henricum IV. Parisiis confudit.
Hujus Civitatis Episcopus Metropolitanus Burdigalensi
Subjicitur; huiusque primus Episcopus fuisse memoratur
S. Arsonius, qui sub finem saeculi III. floruit.
2^o. Rupes Gualdi | Roche Gouard: | Urb. cum Cas-
tello munitissimè, propè Tardueram | Tardouere |
fluvium quatuor leucis seu miliaribus ab Angolima ver-
sus Orientem sita, quae celebri et magna Rupe Gual-
dica familia nomen hunc impertivit. Franciscus I.
an. 1515. Civitatem hanc usq. cum Tractu huius Comitatum
dixit, et Ludovicus XIII. ad Ducatus et Barones dignita-
tem venit, datis hanc in rem an. 1622. mense Aprili
patentibus litteris, quae an. 1631. 3. Septemb. in tabulas
Parlamentii relatae fuerunt. In ea est Ecclesia
Collegiata, et Conventus Carmelitarum.

41. 1778.

§. XIII.

De Alnoia seu Tractu Alnoiceni vel Alne-
tensi.

Tractus hic, quem Galli L'Alnois seu le País d'Annois
nuncupant, Latine Alnoia, Alnoisium, et Alnetum,
item Alnoicenis et Alnetensis Pagus, vel etiam Alno-
ensis Tractus dicitur. In Itinerario Antonini, et
in Tabula Peutingeriana Ardonacum nominatur.

Est minima totius Galliae provincia olim Santonia
attributa, post vero ab ea avulsa et Britania adscrip-
ta. Eius limites sunt ad Septentrionem Britania, à
quà per Separam | Sevre: | flumen distinguitur; ad Ori-
dentem Oceanus seu mare Varonium, ad Meridiam ve-
ro et Orientem Santonia | Saintonge: | flater Separam
Carantonus | Charente: | illam quoque perfluit. Habet
etiam varios maris portus, qui ei haud exiguo sunt em-
olumento.

Quamvis solum ejus aridum et siccum sit, frumenti ta-
men et vini ferax est. Admittit etiam viteta, in qui-
bus pecora pascentur: item quamplurimum salis lacus,
è quibus optimum totius Europae sal educitur. Hic no-
tantur

1^o. Rupella | La Rochelle: | Caput Provinciae ad mare
Varonium sub 18. gr. 55. min. Longit. et 45. gr. 54. min.
latit. Sita Urb. Veteres eam Portum Santonum vocaverunt,
quod tunc Santonia adscripta esset, necnon optimum vine-
torum hujus Oceani plage portuum. Postmodum
Roula seu Rocella, Rochella, Rubella, demum Ru-
pella dicta est; nomina, quae saignum sanum indi-

caut. Cum autem hic neque sanum seu ripes aliqua, ne-
 que mons aut collis occurrant, oportet, ut vel à solo petro-
 so, super quod edificata est, vel quia primum coniguum Cas-
 trum una cum quibusdam Italicorum tuguriis hic
 loci exstabat, nomen istud ei advenit. Castrum istud
 initio ad Comites de Malleone | Maulcon | in Britania
 pertinebat: at Saulo XII. Wilhelmus ultimus Britaniae
 Comes, is exceptum in Urbem convertit. Hic unicum fi-
 liam Eleonoram suorum ditionum reliquit heredem, qua
 Henrico II. Angliae Regi nubens una cum ceteris Patris sui
 Dominis Rupellam quoque, data Comitibus de Malleo-
 ne pro eâ satisfactione, Anglicanae Corona adiunxit,
 è qua an. 1224. Ludovicus VIII. Philippi Augusti filius,
 in Anglos exiit. at an. 1356. seu, ut alii volunt, 1360. in
 Anglia Regem inter et Francia Britanniæ | Bre-
 tanniæ | conclusâ iterum ad Anglos pervenit: verum duode-
 cim post annis ipsam et Civitatem abjecto Anglorum Domina-
 tu, eorumque satubato possidit, Carolus V. Francia Regi
 se subiecit, qui ejus privilegia nedum confirmavit, sed
 et adauit, quibus deinde abusa est.

An. 1557. Calvinismus in eam introductus est, et an. 1567.
 dum internum et civile bellum in Francia ferveret,
 Hugonotorum partes fortiter amplexa est; Civisque ab-
 jectis prois Regis imperio, Democratiam invicere Gene-
 vensi laudabilem. Anno 1574. Henricus Ande-
 gaviae Dux Caroli IX. Germanus frater, ejusque postmodum
 sub Henrici III. nomine in Regno successor, eam obsidione
 cinxit, at ad capeffendam Colonia Coronam ab hujus Regni
 Legatis invitatus ab eâ recessit. Tandem Ludovicus

XIII. ad illam castra movit, ac totum non procul ab Urbe
 munimentis, quod fortaliter Ludovicianum nomen
 tum est, unde tam urbis moenia, quam in portum aditus
 tormentis quaterentur et impeterentur, tum ipsam ob-
 dere coepit, ducto etiam stupendo 747. pestiarum agge-
 re, quo illius portus omnino obstruebatur. Denique
 post tredecim mensium obsidionem, et postquam ex 18000.
 hominibus, ultra 13000. in eâ fame perierant, atque
 Angli binâ vice supplicias eidem afferre nequiquam co-
 nati fuissent, se dedere coacta fuit. Rex an. 1628. Ur-
 bem solemniter ingressus Catholicos Presbyteros et Ecle-
 siasticos, quos Cives conturbarent, Magistratusque, quos
 deponerant, demis restituit, Civitatemque privilegiis
 suis mulctavit.

An. 1699. ad instantiam Ludovici XIV. Innocentius Pa-
 pa X. Sedem Episcopalem Mallicio | Maillecois | hinc
 transtulit.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Blasph
- dicit
infidit
gelat
montu
um (p
ner)
ni or
a-fuel
munt.
ntatem
diquit
lythi
tabulas
ulteria
etum,
m hie
ini, et
inter.
tonia
atque
lara, a
ad Or
viam v
Sepas
Hals
hant ve
anti ta
in qu
lali
Kie or
at mar
r. 34. min
oratio
imus no
atque
um lu
um ali

Hujus Urbis portus opportunitas, ejusque navalis seu ca-
 pidinis securitas jam pridem illum calabrem effecere, nec
 non exteras naves penè innumeras, quae continuo ad eam
 appellantur, attrahere. Praecipuum commercium caeret
 ad Insulas Gajanam | Cajenne | S. Dominici | San. Domingi |
 item ad Senegaliam | Senegali | ad Novam Franciam | Cana-
 da | Carles, Portugalliam, et ad Insulas Accipitum | Ago-
 res | Suedi, Dani, Angli, et Hollandi quotannis quam-
 plurimas huc mittunt naves, quae vinum, Spiritum vini,
 Sal, Chartam seu papyrum, Linum, byssum, et levioris
 texturae pannum inde devehunt.

* Dum haec scribentur, hic Jesuitae habent Collegium, in quo humaniora,
 nondum tota fran-
 cia pulsicant fe-
 licta.

Hic Jesuitae habent Collegium, in quo humaniora,
 Philosophiam, et Theologiam docent.
 2^o. Rea. Insula | L' Isle de Ré | Sita in Oceano ver-
 tis Occidentem uno à continente milliari et tribus à
 Rupellâ. Ejus longitudo est circiter quatuor, latitu-
 do duarum circiter Leucarum. Ante saeculum VIII.
 hujus Insulae nulla fit apud Scriptores mentio, et in omnibus
 monumentis, quae de illâ loquuntur, Radis, Ratis, seu
 Insula Ratenis nuncupatur.

Olim in hac Insulâ calabra extitit Benedictinorum Monas-
 terium, cujus origo ignota est; id duntaxat scitur, Hincol-
 dum | Hunaudi | Aquitania Ducem Ottonis filium ibi an. 744.
 Monachum induisse. Saeculo IX. Nortmanni piratae illud de-
 vastaverunt, et solo aquarunt. Saeculo XI. Comes de
 Maleone | Maleone | sub quorum dominio tunc erat Insula,
 eodem loco aliud excitaverunt B. V. Mariae consecratum, quod
 usque ad Hugonatorum discordia et bellum stetit, à quibus
 et funditus aversum est.

Anno 1457. Carolus VII. Francia Rex litteris patentibus
 hos Insulanos à vectigalibus immunes fecit, eisque alia
 adhuc jura et privilegia concessit hac conditione, ut nihil
 ad apparatus maritimos et navales operam suam impigerent.
 Post Caroli VII. tempora Rupellenses, qui sibi, praeter Alnia dominium, in vicinas Insulas ma-
 ritimum imperium arrogabant, hanc Insulam occupaverunt,
 et sui dominatui adjunxerunt; quorum plerique Insulae
 postea Calvinismo nomen dederunt. At postquam Ludovi-
 cus XIII. an. 1625. navali proelio Rupellenses devicisset, tunc
 hanc Insulam cepit sibi subiecit, atque in eâ duo
 castra munimenta extruxit unum ad S. Martinum, ad
 Fratram | la Brée | alterum. Cum Angli sub Duce
 Buckinghamo illorum Architalafio Rupellâ ab exercitu
 Ludovici XIII. circumclusa supplicia, allaturis venissent, ca-
 sione factâ S. Martini munimentum frustra adorti
 sunt praesidio Regis strenue illud defendente, cui et galli

Sub Duce Schombergio fieri auxilio. Redacta Rupella idem Ludovicus Rex S. Martini fanum munimentis nudari iussit. at Ludovicus XIV. illud, ut et tria alia huius Insulae loca novis propugnaculis munivit, ut eam ab hostium, praesertim Hollandorum invasionibus tutam praestaret.

Hae Insulae Sal et vinum abundantiter profert; vinum illius tamen non ita exquisitum est, sed mediocre duntaxat. Nec frumentum, nec focum habet; panis finasque numerat arbores. Quantum ad negotiationem commoda est, unde et populosissima, haecque continet barochias.

Anno 1712. inexplicabile ab aquis posita est detrimentum, quo omnia eius domicilia subversa fuerunt, ipsa vero ex parte in mari sepulta fuit.

3^o Uliaris Insula | L'Isle d'Oleron | fretum Antiochenum | le Port d'Antioche | illam à Rea Insula coniungit; et fretum Maumussonium | Maumusson | à Santonia. Antiquis sub nomine Ularis iam nota fuit; à Sidonio Apollinari Sauli V. Scriptoris Oleris nuncupatur. Ejus longitudo est circiter quinque, latitudo autem duorum miliarium.

Idem Insulae iam à 700. annis expertissimorum Navigatorum nomen meruerunt, ut qui lei maritima et navalis leges tulerint, quae hodie dum adhuc Uliaris leges | les loix d'Oleron | vocantur.

Rupellenses saeculo XVI. hanc Insulam occupaverunt, et quia Insula propter Calvinismum, quem plerique amplexi fuerant, ipsis omnino addicti erant, eam conservare, donec Ludovicus XIII. illam sibi subegit, necnon eo loco, ubi vetus Castellum erat, munimentum extruicavit.

Olim à Santonia pendebat, post ab eà avulsa Alnis addita fuit. In eà numerantur 12000. Insulae. Solum ipsius fertilissimum est, frumento, Sale, vino, pa. dives. A munitissimo Castello in illius Orientali plaga collocato, et cui 600. milites sunt praesidio, protegitur. In eà continentur seu Barochia, Recolletorum Monasterium, et alia Beneficia. Oppidi ambitus una cum Castello sumit initium, videturque huiusmodi temporis invenustam Urbanæ curatorem; in eo sunt duo Xenodochia unum pro militibus, alterum pro Operariis, et Lemigibus seu Nauticis.

Handwritten notes in the left margin, including fragments like "Hand", "ibi", "ta", "miles", "erat", "quae", "a", "quibus", "antibus", "ne alia", "at", "hiliat", "imp", "re", "us", "re", "comparat", "e", "p", "am", "habet", "ipset", "tem", "ia", "ho", "timum", "ad", "cessit", "missit", "in", "sub", "est", "quod".

Handwritten notes in the right margin, including fragments like "10", "65", "100", "110", "120", "130", "140", "150", "160", "170", "180", "190", "200", "210", "220", "230", "240", "250", "260", "270", "280", "290", "300", "310", "320", "330", "340", "350", "360", "370", "380", "390", "400", "410", "420", "430", "440", "450", "460", "470", "480", "490", "500", "510", "520", "530", "540", "550", "560", "570", "580", "590", "600", "610", "620", "630", "640", "650", "660", "670", "680", "690", "700", "710", "720", "730", "740", "750", "760", "770", "780", "790", "800", "810", "820", "830", "840", "850", "860", "870", "880", "890", "900", "910", "920", "930", "940", "950", "960", "970", "980", "990", "1000".